


Adificare Domus sanctas, sacrisque dicare,
Hæc reparant sancto suave cubile D E O.
Tu lectum Domino, MUSCOVI doce, pa-
raisti,


Dum consecrares pulpta facta D E O.
Concio testatur; Perge ultrâ animasque parare:
Non erit in Domino frustra laboris onus.

Johannes Andreas Quenstedt. D.
b. t. Acad. Recd.



Sæviat humani generis deterrimus hostis,
Nos JESU nostri protegit alma manus.
Sæviat horrendis pestis damnosa triumphis,
Devastetque suis cladibus omne solum.
Nos umbone DEI tegimur. Mors pallida fternat
Celsos atque humiles. Nos tegit ipse DEUS.
Hoc ergò nixus, MUSCOVI, Mysta JEHOVÆ,
In servire studes sedulus ipse D E O.
Quin etiam nuper Templum pietatis Asylum
Sacrabas magno, VIR Reverende, D E O.
Gratulor ex animo, precor & feliciter illis,
Ut maneat semper Gloria sola Deo.

Abraham Calovius D.



Scripta virum celebrant, hæc Te, MUSCOVIE
laudant,
Unde & debetur gloria magna Tibi.

Johannes Meissnerus D.